



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien.
I. C. Praestantissimi Volumen ...**

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo
Iurisdictionum, Iudiciorum, & Criminum materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm III.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96538](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96538)

aliquandiu permanferint, & post factam executionem, & immiffionem illis non fuerit aliqua controuerfia, feu turbatio, & moleftatio illata de facto, & in iure. quamuis forte poffet dici de iure, & iufta illata, fequitur, q̄ exequutores dati tanquam fundi fuerint officio fuo, fe amplius introumittere non poffunt per prædicta. Præterea dicti de Gozadinis poff immiffionem in poffeffionem fponte poffeffionem dicti Caftri communitati Bononiæ, feu agentibus pro ea relaxauerunt, & communitas in dicta poffeffione repetitur, ergo facto ipforum ab ea poff immiffionem, & executionem exclusi dicuntur, & ideo ipsis eft imputandum, arg. eorum. quæ habentur in c. reintegranda. 3. q. 1. & in l. rem. quæ nobis. ff. de acq. poff. & in c. dñi. de reg. iur. in 6. cum fim. ¶ Nec obftat, fi diceretur, dictos de Gozadinis renunciaffe communitati acceptati citra præiudicium ambarum partium. Quia refpondetur ex prædictis, q̄ non poffunt dici refervata partibus, & maxime illis de Gozadinis iura refpectu executionis de nouo obtinendæ, & fic refpectu immiffionis in poffeffionem adipifcendam, quoniã illa refpore refervationis ipsis non competebant, cum per executionem prius factam efferent extincta, & fãtẽ non competeat eis ius petendi executionem corã alio, quã coram R. D. Ioannemaria archiepifcupo Sipontino tũc Gubernatore Bononiæ, ut fupradictũ fuit, ergo refervatio iurium debet intelligi facta de illis iuribus, quæ ipsis competeant, feu competere poterant, & confequenter de iuribus petitorum, & ualiditatem gratiæ, ac merita caufæ concernentibus, nec ad alia iura relatio haberi poterat, quia illa tantũ eis competeant, igitur perinde eft, ac fi de illis mentio exprefse facta fuiffet. l. 2. ff. de libe. & poffh. Quod fuaudetur, nam refervatio fub iisdem uerbis, & fub una, eademq; uerborum conceptione facta fuit non folũ de iuribus ad illos de Gozadinis fpectantibus, fed et de iuribus ad communitatem pertinentibus, ut ex tenore ipsis renunciationis patet, ergo ita debet intelligi, ut uniformiter utrique conueniat. l. nam hoc iur. cum fim. ff. de uulg. & pup. Sed quoad communitatem refervatio non poteft intelligi, nifi de iuribus concernentibus merita caufæ, & ualiditatem, feu inualiditatem literarũ maxime refpectu fubreptionis, ergo fimiliter debet intelligi quoad ipfos de Gozadinis, alioquin diuerfa fieret executionem iam factam, & impetratam ius exequendi fuit extinctum, ut fupra, fequitur, q̄ pacto, feu conuentione partium de nouo potestas exequendi illi dari nõ potuit, qui iam officio fuo fundus iuerat, & exequutor efferẽ defierat, arg. l. priuatorum. C. de iurisd. omn. iud. cum fi. Et hæc quoad primũ caput executionis petitiæ in præfentia fufficiat. ¶ Quod autem attinet ad merita caufæ, & ad ualiditatem literarum, & gratiæ fuper cafiro prædicto, quã uis nunc infiftere opus non efferet, cum folum fuper literarum executione agatur, tamen breuiffimẽ dico q̄ ftante literarum fubreptione, cum in precibus dictorum de Gozadinis mendacium, & falum in pluri bus expreffum fuerit, literæ funt penitus nullæ, & ipsis tanquam mendaces precatores debet impetratis carere, quia fubreptio, fuper qua concessio eft fundata ex quo fumus in literis gratiofis, ipfo iure, & in totũ reddit gratiam nullam, ad tradita per Abb. & omnes in c. fuper literis in c. carterũ. & in c. plerũq; de referi. l. & fi legibus. & l. fi. C. fi contra ius. uel util. publ. Præterea fex quo multa per dictos de Gozadinis in corũ fupplicationibus non folum femel, fed bis, & fapius fuerunt exprefse, fuper quibus concessio, & mens Pa pæ fundata fuit, & de illorum falitate opponitur, ad hoc, ut ipsis poffint obtinere, requiritur, q̄ probent il-

la efferẽ uera, alioquin obtinere non poterunt, ut efferẽ doctrina Inno. Abb. & aliorum communiter in c. ex parte. l. 1. de priuile. ¶ Adde, q̄ ex quo fumus in materia, & fuper re prohibita per refcriptum impetrari ex forma ftatutorũ Bononiæ, ad hoc, ut gratia, & impetratio fit ualida, requirebatur, q̄ de illo ftatuto tales impetrationes fieri prohibente fpecialis, & indiuidua mentio ferret, nec fufficiunt hoc in cafu generales claufulæ non obftantibus fub quacunque forma, ut uoluit fingulariter Bal. in c. 1. §. libellaria. de pace conftan. in uiu feudo. & facit id, quod uoluit Bal. in l. refcripta. col. 2. iuncta. l. nec damnofa. C. de preci. im per offer. & idem Bal. in l. qui cõtra. C. de inceft. nup. & in l. eam. quam in uerũ. interrogatus fui. C. de fidei com. iuncto. §. fi. in auth. quib. mod. natur. efferẽ. l. i. ¶ Nec attendendæ funt claufulæ multum pingues appofitæ in literis ad corroborationem gratiæ, & concessionis, quoniã debent intelligi, ftante ualiditate literarum, & fi uera efferent in fupplicationibus exprefse. l. h. C. de diuer. refcrip. & c. 2. ibique doct. omnes. de refcrip. Hæc pro aliquali informatione breuiter funt dicta. Laus Deo.

S V M M A E.

- 1 Refcripti fola præfentatio iurisdictionem non perpetuat.
- 2 Iurisdictione iudicis quomodo per fimplem citationis commiffionem poff refcripti præfentationem factam dicatur perpetuari.
- 3 Citatio, ut iurisdictionem iudicis etiam quoad partem, & quoad præuentionem iurisdictionem alterius iudicis perpetuet, quid requiritur.
- 4 Iurisdictione an perpetuetur quoad iudicem tantum, an etiam quoad partem, & iſque iudicem, differt.

EPITOME habetur fupra in fummario maxime fub numero 3.

CONSILIVM III.

Pro ueritate, & refponfione et ad ea, quæ i oppofitum deducta fuerunt, pono aliquas conclufiones de iure ueras, & approbatas.

- 1 Prima fit, q̄ fola refcripti præfentatio nõ dicitur iurisdictionem perpetuare. c. relatum. de offi. deleg. Secunda fit, q̄ fi poff præfentationem refcripti uox fimplex commiferit citationem, quæ nõdum fuit exequuta, ex hoc iurisdictione iudicis dati dicitur perpetua. & res defit efferẽ integra quoad effectum, ut iurisdictione morte delegantis nõ fit extincta. c. gratum. ibique gl. & ferib. cõiter de offi. deleg. & efferẽ de mente Abb. in d. c. relatum. quia huiusmodi fimplex actus commiffionis citationis fufficit ad oftendendũ animũ iudicis uolentis iurisdictione uti, ut ibi, & arg. eorum, quæ habentur in c. 1. de iud. circa fi. & fic quoad effectum, ut illius iurisdictione quoad ipfum tantum dicatur perpetua taliter, q̄ morte delegantis nõ extinguitur, & ita procedunt, ac intelligi debet omnia ex oppofito deducto, ueluti etiam ftatim probabitur ex mente feribentium. ¶ Tertia conclusio fit, q̄ ad hoc, ut citatio iurisdictione et quoad partem dicatur perpetuare, requiritur, q̄ illa fuerit legitima, & ualida ac talis, quæ citatum ad comparandum aret, & afficiat, alioquin citatio non diceretur iurisdictionem quoad partem perpetuare, arg. no. per gl. in l. fi pater. C. ne de ftatu defunct. per Bal. in l. fi accufaturus per illum tex. ff. de adult. gl. 2. in fi. uer. in c. ut debitus. de appel. & facit tex. in c. pen. in uerũ. legitime citatus de foro competen. actus enim inualidus, & non perfectus iurisdictione quoad partem non perpetuat. Itẽ citatio anomala non perpetuat iurisdictione quoad partem, ut per illa iudex dicatur iurisdictionem alterius iudicis pueniffe, ut uoluit D. Anto. in d. c. penul. de foro competen. nam fecundum eum requiritur citatio legitima, & quæ citatum afficiat, ut efferẽ mente

men
est co
Io. A
dele.
quæ
funct
rio &
petu
ri di
cium
obla
fi al
& ide
citati
nem
citati
tur p
cem,
ratio
quo
petu
no p
citati
hæc
catu
ti, cr
Leg
hæc
dici
per d
in de
i. fub
ratio
num
quod
poff
calu
tur,
ran
prop
diff
quo
eius
de q
tio,
citati
citur
perfe
renti
nit,
Reu
ex q
in ali
exhib
te Ba
eund
rari r
iud. a
adit.
tum
proc
eis, &
alter
fim d
mius
pluri

mente Abb. in d. c. 1. circa si. uer. Sed quia dixi: & hæc est communis opinio scribentium in d. c. pe. ut ibi per Io. And. per ea, quæ habentur in c. cum plures. de offi. dele. in 6. Bald. in l. si quis postea. ff. de iud. & in l. cum quædam. ff. de iur. om. iu. per d. l. pe. C. ne de statu defun. do. & Arch. in c. non ita. 2. q. 6. Frustratoria. n. citatio. & non arctatoria iurisdictionem iudicis non perpetuat quoad partē, & quoad aliū iudicē, ut eius iurisdictione præuenta dicatur c. bonæ. in fi. de elec. & faciunt no. per Ioan. And. in addi. ad Spe. in ti. de libelli obla. in §. nunc uideamus. & Mar. Soc. in c. proposuisti alias in d. c. pe. col. 3. uer. quinto quero. de for. cōp. & ideo si ex forma statutorum necessaria esset duplex citatio ad domum, si iudex post rescripti præsentationem citacionem ad domum commississet, uel una tñ citatio ad domum facta fuisset, iurisdictione nō dicitur perpetuata quoad partem, & quoad alium iudicem, ut eius iurisdictione esset præuenta, cum una tñ citatio ad domum non arctaret citatum per prædictā, quo uero ad effectū, ut iurisdictione delegati esset perpetuata quoad ipsum iudicem, ut morte delegantis nō posset extingui, sufficeret utique sola commissio citacionis, uel una tñ citatio ad domum: & secundum hæc ultimo loco dicta procedunt allegata per aduocatum partis aduersæ, at nos sumus in casu præcedenti, ergo iurisdictione dñi iudicis à Reuerendissimo do. Legato in hac causa dati præuenta dici non pot. ¶ Et hæc cōtinentur in terminis nostris ex iis, quæ in iudicio uoluit dñi de Rota in decisionibus collectis per d. Bernardum de Bisigneto sub rub. de off. de leg. i. sub d. rub. in antiquis, ubi concludunt, q̄ ex sola citacionis commissione iurisdictione perpetuatur quoad iudicem, cui rescriptum fuit præsentatum, nō autem quoad partem aduersam, nec quoad alium iudicem postea ab ipa impetratum, & ibi ponitur exemplum casu nostro propriè, & uerè conueniens, q̄ inspiciatur, quia ibi casum decisionis habemus. ¶ Corroborantur præmissa ex ijs, q̄ quæ ponit Maria. Soci. in d. e. proposuisti. in d. 3. col. in uer. 4. qui quoad propositū differentiam facit, an iurisdictione dicatur perpetuari quoad iudicem tñ, an etiam quoad partē aduersam, eiusq̄ iudicē, primo enim casu dicitur perpetuatio, de quo nos non querimus, alio uero dicitur præuentione, & prima per solum decretum citacionis, uel per citationem inualidam, & nondum perfectam fieri dicitur. Secunda uero exposcit ueram, & legitimam, ac perfectam, & ualidam citationem, quæ in casu occurrenti ex parte iudicis delegati apostolici non interuenit, & ideo iurisdictione secūdi iudicis dati in rescripto Reuerendissimi d. Legati præferenda est, & attendenda, ex quo ipse in exercendo iurisdictionem præuenit, ut in alijs allegationibus cuiusdam uiri doctissimi prius exhibitis dictum fuit, & prædicta sunt etiam de mente Bal. in addi. ad Spe. in ti. de citatione, circa si. & secundum hæc, quæ dicta sunt debet intelligi, & declarari tex. in l. contra pupillum. §. si cum ibi not. ff. de re iud. ac etiam id, quod uoluit Spe. in ti. de compe. iud. adit. in §. si. Ex his itaq; constat, q̄ allegata in oppositum per aduocatum partis aduersæ parū faciunt, qm̄ procedunt quoad perpetuandam iurisdictione iudicis, non autem quoad præueniendum iurisdictione alterius iudicis, inter quæ magna est differentia, ut passim doctores nostri distinguunt. Cætera suppleat eximius do. iudex, cui me, & causam huius pauperulæ plurimum comendo. Laus Deo.

S V M M A E.

- 1 Dicitio iniucem, & uicissim quid importet.
- 2 Impetrans non potest gratia concessa gaudere, nisi conditionem, et

- formam in rescripto positam obseruet.
- 3 Conditionalis actus, conditione non adimpleta, habetur, ac si non esset factus.
- 4 Condicio de cauendo sibi iniucem est à pluribus adimplenda, nec ad commodum dispositionis consequendum ab uno tantum adimpleri sufficit: & an id sit uerum nu. 6. & 7. vsq; ad nume. 10.
- 5 Condicio cauendi de se iniucem non offendendo quoddam indiuiduū continet, & pluribus adiecta debet ab omnibus adimpleri.
- 6 Et an in singularitates resoluti possit, ut ea ab altero tantum adimpleta, dispositio, & gratia quoad adimplentem locum habeat.
- 7 Condicio indiuiduum factum continens pluribus imposita, quando ab omnibus debet adimpleri, & quando ab uno tantum sufficiat, & nu. 10.
- 8 Facta omnia sui natura in se indiuidua sunt quoad contractum diuidua.
- 9 Condicio alicuius facti pluribus apposta dicitur facta plurax, & diuersa continere.
- 11 Causa qualibet etiā iniusta excusat à dolo, & pena doli, ac banni.

E P I T O M E.

RES C R I P T O salui conductus concessio sub hac forma, data prius idonea cautione de se iniucem nō offendendo, concedimus, per oratorem tantum cautionem de non offendendo aduersarios plenè satisfactum, ut is gratia, & saluocōductu liberè, ac tūtè possit gaudere, et si aduersarij nondum sūt cauerint.

C O N S I L I U M I I I.



VM in hac causa præsul Reuerendissime, ac iustissime coram uiro doctissimo uerba sunt faciendā, paucis utar, tota enim presentis consultationis uis consistere uideatur in uerbis rescripti, & signaturæ, quibus rescribens usus fuit, dicēdo, data prius idonea cautione de se iniucem non offendendo, concedimus ad beneplacitum, an præfatæ signaturæ per cautionem de non offendendo solum ab ipso oratore præstitam satisfactū dicatur: & non esse satisfactū an uideretur quippe prima facie dicendum, quia huiusmodi signaturæ uerba, quæ sunt ablatiui casus, conditionem important l. à testatore. cum si. ff. de condi. & dem. & cōditiones sunt ueræ, & ad unguem adimplendæ iuribus uulgarijs. Ergo illa uerba ad effectum consequendi gratiam saluiconductus perfectè, & ad unguem adimplenda erāt, quod quidem factum non fuit, quamuis orator ipse solus cautionem de non offendendo aduersarios præstitit, nam propter hoc uerum non est, cautionem de se iniucem non offendendo prius præstitam fuisse, qm̄ iudicio iniucem apposta importat, q̄ orator aduersarijs, & cōtra aduersarij ipsi oratori prius, & ante omnia cautionem de se non offendendo præstare deberent, arg. l. si tibi. ff. de usufr. earum rerum, quæ usu cōsum. & l. qui iniucem. ff. de condi. inde. item denotat actum, seu personarum uicissitudinem, & reciprocauonem. l. i. C. de his, qui ante aper. tab. l. i. C. unde uir & uxor, & l. 2. de impub. & alijs substi. cum simili. idemque significat, quod uicissim. l. de fidei cōmissio. C. de tranf. c. 1. de mutuis petis. & auth. & consequenter. C. de sen. & interlo. om. iu. uicissim autem fieri id dicitur, quod reciprocè sit, ut si te conueniam, tu me recōuenias. Cum igitur reciproca cautio præstita nō fuerit, conditionalis signaturæ non debet dici adimpleta, ergo orator ipse indignus gratia cōcessa est reputandus, qm̄ i forma, & consequente conditio, quæ forma quædam dē, in rescriptis apposta est obseruanda ad hoc, ut impetrans gratia concessa gaudere possit c. cum dilecta. extra de refer. Item i actus conditionalis, cōditione non adimpleta, habetur perinde, ac si non esset factus l. si quis iudum. ff. de cōrah. emp. sed si in casu occurrenti saluus conductus non fuisset concessus, Ioannes Baptista bannitus potuisset capi,